Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tuum et ante ibit faciem tuam iustitia tua.
V. Cum uideris nudum operi eum et carne tua
ne despexeris. Tunc erumpet. Ad cant.
A. Hic autem cum ieunasset quadraginta diebus
et quadraginta noctibus postea esuriuit. V. Clama
mabit ad me et exaudiam eum cum sum in tribulatione.
Secundum Matthm. In illo tempore
ductus est ihc in desertum a spiritu
ut temptaretur a diabolo. Et cum
ieunasset quadraginta dieb et quadragita noctib
postea esuriuit. Et reliq. Omelia.
Dubitari a quibusdam solet. Cc. Pp.
a quo spiritu sit ihc ductus in desertum
propter quod subditur assumpsit eum diabolus
in sanctam ciuitatem. Et rursus assumpsit eum
in montem excelsum. Sed uere et absque ulla
questione cuiuslibet accipitur ut a spiritu
sancto in desertum ductus credatur ut illuc eum
suus spiritus duceret quo hunc ad temptandum
spe maligna inuenire. R. Scapulis
suis obumbrabit tibi dominus et sub pennis
eius sperabis scuto circumdabit te ueritas eius.
V. Angelis suis ds mandauit de te ut custodiant
te in omnibus uiis tuis. Scuto. Sed ec
ce cum dicit ds homo. uel excelsum mon
tem uel in sanctam ciuitatem a diabolo assumpsit
mens refugit humana et hoc aures au
dire expauescunt. Tam non esse incredi
bilia ista cognoscimus. Si uilla et alia fac
ta pensamus. R. Tribulatus sum nescientem mi
sericordias uias domine tu dixisti nolo mor
tem peccatoris sed ut conuertatur et uiuat quo chana
neam et publicanum uocasti ad penitentiam.
V. Et peccatorum lacrimantem suscepisti misericors
domine. Qui chananeam. Certe iniquus
omnium diabolus caput est et huius capitis
membra sunt omnes iniqui. Ann diaboli men
bra fuerunt pilati. Ann diaboli membra
iudei persequentes et milites crucifigen
tes fuerunt. Quid ergo mirum si se ab illo p
misit in montem duci et temptari qui
se permisit etiam et a membris illius crucifigi.
Non est ergo indignum redemptori nro quod
temptari uoluit qui uenerat occidi.
R. Angelis suis mandauit de te ut custodiant
te omnibus uiis tuis in manibus portabunt
te ne unquam offendas ad lapidem pedem
tuum. V. Super aspidem et basiliscum ambu
labis et conculcabis leonem et draconem. In ma
Iustum quippe erat ut sic temptationes
mas temptationibus suis uinceret sicut
morte mortem sua morte uenerat supe
rare. Sed sciendum nobis est quatribus modis
temptatio agitur suggestione delectatio
ne consensu. Et nos cum temptamur plerumque
in delectatione aut etiam in consensu
labimur quia ex carnis peccato ipsa gerimus unde certa
mina toleramus. ds uero qui in utero uir
ginis incarnatus in mundum sine peccato
uenerat nulla tentationis in semetipso
tolerabat. R. Ductus est ihc in desertum
a spiritu ut temptaretur a diabolo et acce
dens temptator dixit ei si filius dei es dic ut
lapides isti panes fiant. V. Et cum ieunasset
quadraginta dieb et quadraginta noctib postea